



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula XC. Acceptationis ejusdem Alternativae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

& voluntatem nostram declarantes, præfata gratiam Alternativæ accep-tamus, ac ea uti velle declaramus. In quorum fidem & testimonium præmissorum præsentes nostras juxta præfatæ Regulæ dispositioitem patentes li-teras manu nostra propria subscripsi-mus, & nostro in similibus solito Sigillo imprimi, ac per infra scriptum Secretariorum nostrum scribi iussimus, & ad R. ejusdem S. D. N. Papæ Datarium transmitti curavimus. Datum &c. po-nit fasc. de visitat. lib. 2. c 28. nu. 33. *Quibus missis & recognitis à R. D. Da-tario solet addi fides eas fuisse ad nota-tus in Cancelleria, & posse acceptan-tem uti Alternativa sub hac forma.* Pro parte Reverendissimi D. N. Episcopi N. præsentatae, & recognitæ fuerunt literæ acceptationis gratiæ Alter-nativæ mensium concessæ a S. D. N. D. Urbano divina providentia Papa VIII. Episcopis apud suas Ecclesiæ verè & personaliter residentibus. In quorum fidem &c. N. Datarius.

## FORMULA XC.

*Acceptationis ejusdem Alter-nativæ.*

D Rodericus &c. Intendentes, & volentes observare regulam reser-vatoriam mensium Apost. S. D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. nec non frui gratia, & beneficio Alter-nativæ, Episcopis apud Ecclesiæ, aut diecœsibus suas, verè, & personaliter re-

sidentibus per eandem regulam con-cesse. Propterea humiliter, & debita cum Reverentia, ac omni meliori mo-dio, quo possumus & debemus, liben-tet præfata Alternativæ gratiam acce-ptamus, ac ea uti velle declaramus. Ia-oujus voluntatis; acceptationis, & de-clarationis fidem præsentes patentes littoras per nostrum Secretarium, & Apostolicum Notarium scriptas no-stra manu propria subsignavimus; si-gillique nostri soliti impressione mu-niri fecimus, & illas ad R. D. ejus D. N. Papæ Datarium transmitti curavi-mus, juxta formam, & ad effectum de quibus prædicta Regula. Dat. in edi-bus nostris &c. testibus ad præmissa vocatis & præsentibus N. & N. sub-dic.... ponit Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 62. in fine.

## FORMULA CXI.

*Acceptationis ejusdem Alternativæ.*

D Rodericus &c. Cùm jam divino munere, ut tenemur, in nostra Ecclesia personaliter resideamus, ha-beamusque notitiam regulæ S. D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. de Alternativæ gratia acceptanda ab Episcopis apud eorum Ecclesiæ, seu in eorum diecœsibus verè, & persona-liter residentibus, ut de omnibus, & quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, sæcularibus, & Regularibus, ad liberam disposicio-nem seu præsentationem, vel electio-nem